



E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

174
1597-1747

70
PARADOXUM
GRAMMATICUM
de
IGNORANTIA ERVDITORVM
ABECEDARIA

in
Latinorum Alphabeto

deprehenſa,

QUO

MUSARUM HALBERSTADIENSIVM

STATORES,

PATRONOS,

FAUTORES,

AMICOS,

&

OMNES

qui colunt humaniores literas

Ad

ONOMASTERIA

MARTINEI NOSTRI

die 10. & 11. Novembris,

hora 8. antemeridiana,

celebranda,

ea,

quaſas eſt obſervantia & ſtudio

invitat

JACOB FRIDERICH Reimmann Rector.

Typis Hynitzſchianis, Elect. Brandenb. Typog. Privileg.



SI ea, quæ ex peccati originalis fonte, in mentem nostram defluerunt vitiorum genera, paulo diligentius consideramus, vix ullum latius patere deprehendimus, quam id, quod Græci *δοκησιοφία*, i. e. *inanens*

sapientia persuasionem vocant. Hoc enim ceu quoddam diluvium se usq; adeo diffudit, ut universum fere terrarum orbem inundarit. Et quidem si ea, quæ in vastissimo scientiarum Oceano emensi videmur spatia, per se consideremus, mirabile est dictu quousq; progressi simus; si vero ad ea conferamus, quæ non sumus consecuti, vix navim è portu exiisse existimamus, adeo quæ novimus minuta sunt, & obscura. Et quia nuper

Viri

literatissimi

*ignorant
adhuc
literarum
Latinarum*

*1) Originē
1) ingere.*

non pauca in Ethicis superesse vidimus *δυσνόητοι*; pretium fortassis erit operæ cum Aurelio Opilio 1) à Philosophia cessim ivisse ad Grammaticam, & quæ in ea circa Alphabetum Latinorum adhuc ignoremus, ostendisse. Nam licet pleriq; eruditorum persuasum sibi habeant, se esse egregios *ABECEDARIOS*; tantum tamen abest ut prima elementa rectè didicerint, ut potius, si veram eorum *definitionem, affectiones, & originem* cognoscere desideraveris, videantur prorsus *ἀναλφάβητοι*.

Ut enim ab ultimo faciamus dissertationis nostræ primordium, quis est, qui Genealogiam literarum latinarum perspectam habeat? sanè hæc tot tantisque obscuritatibus immerfa est, ut patria Homeri non magis incerta videatur. (2) Quidam Saturno earum inventionem tribuunt, (3) quidam Pelasgos auctores primos faciunt, (4) pleriq; Arcadibus hanc laudem vendicant; qui rursus in partes distrahuntur. Hyginus (5) enim & Tacitus (6) *Evandrum* Jliodorus (7) autem & Perottus (8) ipsius matrem *Nicostratam* vel *Carmentem* docuisse primum in Italia literas, contendunt. Quod fatale diffiduum, an rerum vetustati, & monumentorum publicorum penuriæ

1) *Svetonius de illustribus Grammaticis cap. 6. p. m. 582.* 2) *Küsteri Hist. Crit. Homeri Part. 1. Sect. 1. p. 1.* 3) *Cyprianus de Idol. vanit. p. m. 3.* 4) *Plinius l. 7. H. M. c. 56. p. m. 330.* 5) *capite 277. p. 366.* 6) *Lib. XI. Annal. c. 14. p. 396.* 7) *lib. 1. Orig. c. 4. p. 20.* 8) *Cornucopia p. 509.*

nuriæ (9) an vero traditionum varietati & Historicorum negligentia adscribendum sit nescio; hoc scio literarum inventore nihil jam esse incertius. Nam si vel maxime Grammaticis dare hanc veniam & fabulas eorum pro veris habere velimus; restamen nondum confecta est. Cum enim initio non nisi XVI has literas inventas esse doceant (10) A B C D E G I L M N O P R S T U; quis investigatis earum auctoribus natales reliquarum indicabit? Equidem τὸ F adjectum postea & ex duplici Gamma, h. e. Γ Γ Ὶ conflatum referunt ii) sed quando & à quo istud factum sit nec referunt viri optimi nec propter literariæ historiæ defectum referre possunt. quod idem circa τὸ H ipsis accidit. Nam & hoc defuisse latinis initio non quidem nesciunt. 12) sed quis deinceps illud & quando adjecerit norunt cum ignarissimis. Et quid de literæ K adoptione dicam? Lipsius sane 13) se ignorare dicit, quando in Italia usurpari consueverit. Ac licet Vosius adversus Marium Victorinum non temere contendat 14) τὸ Q non recte referri inter primigenias latinorum literas; auctorem tamen & nativitatis tempus assignare non potest. Plane ut Isidorus (15) ante Augustiævum scribit non fuisse in Italia has literas, X Y Z; non autem scribit à quo primum adhiberi cœperint. Et sicut ex dictis apparet Grammaticorum de prima literarum origine inscitia; ita ex dicendis elucebit ulterius eorum in inquirenda natura literarum ignorantia. Ut enim Etymologiam vocis silentio involvam, quæ adeo obscura est, ut nihil possit esse obscurius; interroga quæso venerandum Grammaticorum ordinem, quid sit litera? & tot definitiones obscuras & sibi invicem repugnantes accipies, ut istud Terentianum usurpare possis; *Fecistis probe, incertior sum multo quam dudum.* Sic enim Aristoteles (16) *litera est vox individua, ad*

2) in specie.
τὸ F

H

K

Q

X Y Z

II. Definitionem.
Perperam enim definitur
1) ab aliis

9) Vid. Liv. decad. 1. lib. 6. p. 136. 10) Perottus loco citato p. 511. 11) Perottus l. c. & Gyraldus hist. poet: dial. 1. p. 22. 12) l. c. 13) de recta pronuntiatione linguae latinae cap. 13. p. 43. 14) de arte Grammatica l. 1. c. 18. p. 77. 15) l. 1. origin. c. 4. p. 222. 16) de arte poet. c. 20. p. 514.

2) a Rhe-
nio quod
fit.

Pars
dictionis

indivisi-
bilis

hoc idonea, ut fiat vox intelligibilis. Priscianus 17) *litera est pars minima vocis compositae.* Diomedes 18) *litera est minima vis & indivisibilis materia vocis articulata.* Cassiodorus 19) *litera est pars minima vocis articulata.* Isidorus 20) *litera est index rerum & signum verborum.* Ramus 21) *litera est individuus sonus in syllaba.* Tholosanus 22) *litera est signum pronuntiationis.* Scaliger 23) *litera est minima pars dictionis.* Frischlinus 24) *litera est pars minima dictionis scriptae.* Alstedius 25) *litera est minima pars vocis sive primum vocis elementum.* Vosius 26) *litera est pars orationis individua.* Fabricius 27) *litera est pars vocis sono indivisibilis.* Rhenius 28) *litera est pars dictionis indivisibilis sive minima pars dictionis scriptae.* Equidem si ire per notiones hasce & eas examinare attentius liceret, tot sane testimonia ignorantiae ex iis exculperemus, quot verba comprehendunt; sed quia impatientium iniquitas non eam nobis permittit copiam juvabit vel solam definitionem Rhenii sub incudem vocasse. Non autem de correctione ejus dicam in praesenti, quae satis testatur quam parum hic noster sibi constiterit; neque de voce indivisibilis sermonem habebam, quae praeter negationem etiam barbariem in eam infert; de falsitate solummodo per pauca attingam, quae tanta est, ut auctor ejus non mediocrem de literarum natura ignorantiam habuisse videatur. Primum enim si pars dictionis est *litera* hoc A v.g. & reliqua Alphabeti elementa literae non erunt, quia partes dictionum non sunt, sed singillatim extant. Tum si ad literae essentiam requiritur ut velut pars quaedam dictionem constituat, Praepositiones A & E item interjectio O! ceteraque monogrammata non erunt literae, quia non partes dictionum, sed dictiones sunt. Denique si literam definis partem dictionis indivisibilem *Diphthongi & duces* vocari literae non possunt, quia sunt divisibiles; & si hanc definitionem ad solas simplices spectare affirmas, eandem imperfectionis coarguis statuisque *inadequatam esse & definiti naturam non exhaustivam.*

Adde

17) l. 1. instit. Grammat. c. de litera p. 1. 18) l. 2. c. de lit. 19) l. de Grammat. c. 1. p. 1008. 20) l. 1. origin. c. 3. p. 819. 21) l. 2. Grammat. p. m. 32. 22) Synaxarum artis mirab. l. 16. c. 3. p. 150. 23) l. de causis lingua latina c. 4. p. 8. 24) Grammatica latina p. 117. & Crusius adversus Frischlinum p. 321. 25) Encycloped. l. 6. c. 3. p. 266. 26) de art Gram. l. 1. c. 8. p. 14. 27) Thesaur. Philosoph. Tab. 1. de Grammat p. 27. 28) Grammat. latina p. 4.

Adde quod æq̄ in occulto latet adhuc quid sit *pars*, quid *distio*,
quid *indivisibile*, quam quod sit *literarum nomen*, quæ *figura*, quæ
potestas, item quis *Ordo* & qui *Numero*? Nam licet si *literarum*,
nomina conquiras, vix quisquam nostrorum puerorum est,
qui ea se ignorare putet; tamen sunt *literæ nonnullæ*,
quarum *appellationes eruditissimi quique se ignorare pro-*
fitentur. Et ut è multis unum tantummodo producam
testem, audi sis incomparabilem *Vosium l. i. de arte Gram-*
mat: c. 20. p. 80. ita differentem. Est quædam *litera*

III) Ne
1767a

αὐτὸν ὄντι ὅτι s. nomine carens qua *intermediam habet naturam inter mu-*
tam R & liquidam N; unde à *Græcis per adulterinum Γ* scribitur *la-*
tinis per N adulterinum. *Illustris est hac de re locus doctissimi Nigidii*
Figuli cuius verba apud Agellium l. undevigesimo c. ultimo ita habent; inter
literam N & G est alia vis, ut in nomine anguis & angaria & ancora, & in-
crepat, & incurrit & ingenuus. In omnibus enim iis non verum N, sed adul-
terinum ponitur. Nam N non esse, lingua indicio est. Nam si ea
litera esset lingua Palatum tangeres. Apponam & egregium locum
Marii Victorini pauloque emendatius, quam legitur vulgo. Eius
verba sunt l. i; clari in studiis viri, qui aliquid de Orthographia
scripsere omnes fere ajunt inter M & N literas, median-
vocem qua non abhorreat ab utraque litera, sed neutram proxime
exprimat tam nobis deesse quam græcis &c.

Hactenus
Vosius. Et sane si verum est, ut est verissimum, nos primum litera-
rum sonum ignorare, verum erit quoque nos prima & antiquissima
eorum nomina nescire, quia hæc naturam soni sequuntur. Ego qui-
dem hoc tam compertum habeo, quam certo compertum mihi est,
nos primam literarum figuram amisisse. Cum enim ex prima illa lati-
næ lingvæ ætate, quæ à Carmenta ad urbem conditam extenditur &
500. annos comprehendit vix Manuscriptum quoddam 29) vel la-
pis superstes sit, ex quo figuram literarum cognoscere queamus;
Nummi autem usque ad Servii Tullii ætatem expertes scripturæ sue-
rint 30) de hodiernarum quidem literarum cum Græcis conveni-
entia differere possunt viri consumatissimi Scaliger 31) & Vosius 32)
de antiquarum vero non possunt. Et si vel maxime earum omnium
figuras

IV) Figu
1767a

A 3
29) Vid: Scheurlii *stat: merc: part. 2. c. 1. p. 106.* 30) *Jobert notit: resq̄*
Nummaria Præcep: V. p. 164. 31) *de Causis L.L. lib. 1. c. 40. p. 91. seqq.*
32) *de arte Grammatica l. 1. c. 29. p. 102.*

V. Potestas
et s. Pro-
nunciatio-
nem.

VII. Ordi-
nem.

VII. Nu-
mero.

figuras perspectas haberemus; tamen illarum notæ adhuc literent
quæ sunt α' ω' υ' μ' ο' ι'. Nam etsi Vosius 33) figura carentem sonum
N. G. hoc Symbolo N. notari posse scribit; tamen nemo fuit adhuc
qui ejus ductum sequeretur. Quamobrem ita rationem duco tam diu
nos ignoraturos figuram genuinam latinarum literarum, quam diu
ignorabimus earundem genuinam pronunciationem. Et ne quis,
hoc ita a nobis dici forte miretur, en! testem adducemus Casparum
Scioppium Virum, dum viveret, acutissimum, qui in Appendice se-
cunda Grammat: Philosoph: ita scribit: 34) *Ego pro exploratissimo
habeo, si Cicero in terris hodie existat, & non modo Gallos, Germanos, aut Hi-
spanos, sed & illum ipsum florem illibatum Italia Hetruscam dico serena Jo-
hannem Campolum latine loquentem audiat, fore, ut ne unum quidem ver-
bum satis percipiat: sicut neque nostrum quemquam, declamante Cicerone,
plus, quam si Arabice peroraret, intellecturum arbitror. Quod quam vere
ab ipso dicatur, non aliorum calculus testatur solum 35) sed & res
ipsa docet. Nam cum pronunciatio nihil aliud sit quam recta & le-
gitima verborum expressio per syllabas literasque, adeoque non nisi
ab iis peti possit quibus lingua est vernacula; quis eam hodierno tem-
pore adhuc superesse credat, quo nulla gens est, quæ latina loquitur?
nec est quod dicas haberi ab iis posse, qui linguam hanc profitentur.
Aut enim eos intelligis, qui viva voce docent; Sed hi adeo in expri-
mendis literis sibi disconveniunt, ut Germanus Gallum latine loquen-
tem difficulter intelligat; Aut eos significas, qui Orthoepiam scriptis
comprehenderunt; At ipsi tantopere dissentiunt, ut cui fides adhi-
benda sit, vix oculatissimo appareat. Quamobrem tam verum est,
nos rectam literarum pronunciationem ignorare, quam verum est,
nos ordinem earum & numerum nescire. Ut enim de summa elemen-
torum confusione nihil dicam in præsentem, quæ consonantes Vocali-
bus & liquidæ mutis, duplices simplicibus, & non necessariæ necessa-
riis miscentur 36) quæ quæso verum eorum ordinem constituere pos-
semus, cum ex ætatis constet, nos nomen, figuram & potestatem sin-
gularum supine ignorare? Sane hoc tam est impossibile, quam quod
maxime. Accedit quod certent adhuc Grammatici de literarum nu-
mero. Remius enim tantum XVI 37) Marius Victorinus XVII. 38)
Capella*

33) l. i. cap. 20. pag. 81. 34) p. m. 237. 35) *Muret: apud Lipsium de recta
Pronuntia: L. L. c. 2. p. 9. M. Richard: Simonopusc: Crit: adversus Isaacum Vos-
sium referente auctore de la Republique des lettres Tom. 3. Anno 1685. p. 393. 36)
Vossius de arte Grammatica l. i. c. 23. p. 119. Scaliger l. c. c. 38. 37) Perottus l. 6.*

Capella XVIII. 39) Vosius XIX. 40) Frischlinus XX. 41) Priscianus XXI. 42) Rhenius XXII. 43) Perottus XXIII. 44) recensent. Et si ex Vosio quæseris de numero Vocalium quinario, quid censeat, non minus fluctuabit 45) quam si de litera tertia a Claudio inventa interrogaveris. Hanc enim Delio natatore opus habere scribit 46) Quod cum omnino ita sit; quis ignorantiam suam A B C E DARIAM non lubens agnoscat & fateatur. Sane quam hæc tam aperta & manifesta est, ut coeciorem talpa oporteret esse, qui eam non perspiciat. Et facile nobis esset ad hanc rationem plura recludere mysteria & commonstrare v. g. quod Servius nescierit an F sit muta an vero liquida 47) quod S a Pindaro incerta litera appellata sit 48) quod lateat adhuc an H sit litera; & quæ sunt hujusmodi; Sed tempus est ut nunc ad eos decurrat nostra dissertatio, qui huic meditationi ansam dederunt. Sunt ii

1. Johannes Bernhardus Tennemann, Halberst:
2. Antonius Schüsler, Blancoburgensis.
3. Joachimus Kreuzkampff/ Stendal: March:
4. Hieronymus Erdmannus Visemeyer, Halberst:
5. Johannes Jacobus Stäcker/ Eglenfis.
6. Johannes Henricus Alverdes, Halberst:
7. Justus Christianus Crull, Halberst:
8. Johannes Andreas Eilers, Wansleb:
9. Andreas Michael Ladius, Oschersleb:
10. Johannes Joachimus Kohli, Osterwicenfis.
11. Conradus Georgius Alverdes, Halberstad:

Qui cum Lycei nostri Onomasteria solenni ratione celebranda esse multorum annorum experientia edocti essent; in laudibus LINGVARUM explorare humeros & quid in declamandi studio valerent ferre periclitari voluerunt. Et quia duos MARTINI dies sibi proxime succedere ex Hemorologio cognoverunt; cuius suum esse tribuen-

38) Vosius l. c. 26. p. 96. 39) l. c. 40) Vid: Crusium adversus Frischlinum Grammat: p. 24. 42) Instit: Grammat: l. 1. fol. 2. 43) Gr. L. p. 4. 44) l. c. 45) .c. c. 12. p. 57. seq. 46) c. 24. p. 93. 47) l. c. c. 15. p. 64. 48) Lipsius de recta pronunciatione L. L. 6. 16. p. 48.

tribuendum esse autumarunt. Adeoq; hanc digesserunt ita inter se ope-
ram, ut die priori priores sex; Posteriori posteriores quinq; conatus
suos in lucem aspectumq; proferrent. Quos quidem si prævidere ani-
mo & quasi præsumere discipias, en! tibi sequentem de Singulis ora-
tionibus suppeditabo gustum. Priores pleriqve oratione versa; po-
steriores prorsã utentur. Et PRIMUS quidem gratiis supremo Numi-
ni peractis quod MARTINEUM nostrum in hunc usq; diem super-
stitare voluerit, AUDITORES ad declamationes reliqvas decenter
præparabit. Quo facto SECUNDUS Carmine Ebræo Ebræam Lin-
gvam; TERTIUS Græco Græcam; QVARTUS Latina Latinam;
QVINTUS Germanico Germanicam decantabit & quidem ita de-
cantabit, ut quid in quavis laudandum celebrandumq; sit non diffi-
culter cognosci queat. Tum SEXTUS conscendet Cathedram &
per soluta gratiarum actione pro attentione benevola non tam dimit-
tet AUDITORES *φιλολογίας*, quam eos ad exoptatum redi-
tum submisit obligabit. Atq; hæc quidem die primo MARTINI mu-
sinabimur. Posteriori autem SEPTIMUS dicendi faciet Auspicium &
AUDITORIBUS non dicet grates solum quod redire ad nostra Pro-
gymnasmata voluerint; sed & rogabit studiose, ut viribus deficientibus
non tamen voluntatem dedignentur. Atq; hunc quidem reliqui de-
centi ordine sequentur. OCTAVUS enim Oratione Ebræa Ebræam
lingvam, NONUS Græca Græcam, DECIMUS Latina Latinam, UN-
DECIMUS Germanica Germanicam laudabit, & ita commendabit
suis commilitonibus, ut majori studio vix commendari possit. Et si
tandem hi omnes suis perfuncti erunt laboribus, redibit SEPTIMUS
& AUDITORIBUS peractis gratiis, quod interesse his nostris exerci-
tiis tam diu voluerint, pro incolumitate Serenissimi Electoris Nostri
FRIDERICI III, nec non Illustrissimi REGIMINIS, SENATUS,
SCHOLARCHARUM & omnium qui nobis bene cupiunt, vota fa-
ciet & præoptabit, ut felicitates quibus fruuntur, perennent. Atque
hoc quidem altero MARTINI Die nostrum opus, hic labor erit. Quæ
ut vestra Magnifica & Honorica præsentia velit illustrare, & PHI-
LORHETORES. obnixè perquam & reverenter oro atq; contendo.
Cæterum quia singulorum Progymnasmata concentu musico distin-
gvere consuevimus; sequenti Oda Emblematica vestras aures relaxa-
bimus;

I. Die

I.

Die Sprachen sind ein Schacht da güldne Adern liegen.
Sie sind ein Kaufmans-Schiff das nichts als Silber führt.

Die Schalen die den Mund mit einem Kern vergnügen.

Die Bindelen darinn die Weißheit eingeschnürt.

Sie sind den Brüsten gleich die ihre Milch umfassen.

Sie sind wie weißes Wachs das Honig Seim verdeckt.

Darinn sich diese Schrift ganz sanffte drücken lassen;

Das beste liegt versteckt.

2.

Dann erstlich was ist die/die wir Hebräisch nennen?

Sie ist das Schild/ darinn das Urim eingäht.

Die Leuchte Davids/ da die Himmels-Lichter brennen.

Der güldne Gnaden-Stuhl auff dem sich Gott gesetzt

Die Selte die das Man der wahren Weißheit träget.

Der Vorhang hinter dem das Heiligthum versteckt.

Dabey sich dieses Wort in unsre Augen leget;

Nicht allen auffgedeckt.

B

3. Was

3.

Was ist die Griechische/ die Cadmus erst erfunden?

Sie ist der Purpur-Rock/ der seine Pallas ziert.

Die Rinde die den Baum in Timmet eingewunden.

Der Zucker/ welcher nichts als Mandel-Kern Candirt.

Die Wolcke die das Gold der Sonnen eingehüllet.

Die Muschel die die Perl mit schwarzen Scherben deckt/

Daben die nasse Schrift aus allen Rizen quillet;

In Schwärken unbestekt.

4.

Die sich vom Latio Lateinisch nennen lassen/

Bergleicher sich der Haut die um dem Fleische liegt.

Den Knochen die das Marck in weisse Röhren fassen.

Dem Leibe welcher sich um seine Seele biegt.

Der Traube die den Wein in reine Hülsen schliesset.

Dem Apffel/ der den Saft mit güldnen Schalen deckt.

Daben uns diese Schrift aus Herz und Feder fließet;

Wohl dem/ dem beydes schmeckt.

5. Die

5.

Die Zeutsche ist der Stein der Silber-Albern weiset.
Der Becher der das Herz mit Nectar-Weine trändt.
Die Schüssel/ welche uns mit Confecturen speiset /
Der Beutel der sonst nichts als Ducatonnen schenckt.
Sie ist ein Starcker Saun der um den Garten gehet.
Sie ist ein Grünes Blat / darinn die Rose steckt.
Daben der Neben Satz mit rohem Purpur stehet;
Vom Himmel ausgeheckt.

6.


Doch wer den blossen Schall von denen Sprachen liebet.
Der kriegt die Hülsen nur mit dem verlohrnen Sohn.
Er wird mit Schatten-Fleisch wie jener Hund betrübet/
Und küisset einen Dunst wie dort der Ixion.
Er ist wie jener Fuchs indes Alopis Schrifften/
Der leckete das Glas / darinn der Brey versteckt/
Weshalben wir die Schrift zu seinem Denckmahl stiftten;
Das Beste bleibt verpföckt.



2
Die erste ist die...
die zweite ist die...
die dritte ist die...
die vierte ist die...
die fünfte ist die...
die sechste ist die...
die siebte ist die...
die achte ist die...
die neunte ist die...
die zehnte ist die...

3
Die elfte ist die...
die zwölfte ist die...
die dreizehnte ist die...
die vierzehnte ist die...
die fünfzehnte ist die...
die sechzehnte ist die...
die siebenzehnte ist die...
die achtzehnte ist die...
die neunzehnte ist die...
die zwanzigste ist die...





72 Mit.

07 A 6670

ULB Halle 3
 003 108 295



Sb.


VD 18

Vf 17

VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

DOXUM
ATICUM
de
ERVDITORVM
DARIA

in
n Alphabeto
prehensa,
uo
BERSTADIENSIVM

TORES,
RONOS,
TORES,
COS,
ES
maniores literas

Ad
ASTERIA
EI NOSTRI

I. Novembris,
ntemeridiana,
randa,

ea,
vantia & studio

vitat
CH Reimmann Rector.

st, Brandenb. Typog. Privileg.

